Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31431
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



33

clerici uel dyaconus et Subdyaconus dicat Benedicamus dno et apostolus rudet
deo gras hys aut omnibus complet ipse presidens et omnes alij prelati sedent
et ponunt mitras in capitibus suis Et tut vnus prelatus ad hoc deputatus legit
decreta in illa Sessione expedienda et in eod ambone ad dicto prelato legente
quibus presidens placet pro nomine sua Presidens vero in dicta nomine
respondebat placet ec pro suo Collegio Decreta vero prelatis et respos
placet omnes depositis pluvialibus et mitris resumunt thronos suos ipsorum et redut

Sequitur primus processus a conclio Basilien contra Episcopum Mardburgen
et suos Suffraganeos

Iulianus Miseracione diuina Sce Romane ecclie sti Angeli diaconus Cardinalis
in Germania apostolice sedis legatus Presidens in sacro generali concilio Ba
silien prelati ceterique in eod concilio existentes Reuerendis in xpo patribus dnis
Archiepo Mardeburgen eiusq Suffraganeis salute in dno et mandatis
meis firmiter obedire Cum in hac ciuitate Basilien Sacrum generale concilium
in spiritu sto legitime congregatum sit Itaque ad extirpandas hereses compescendas
pacem in xpo roborandam et reformandos mores et vitam vtiusq status tam
ecclesiastici quam secularis summa cum diligencia prudencia erit Necessarium erit
ut multitudo copiosa tam prelatorum quam notabilium aliorum ipsorum hic con
fluat ut eorum consilijs et auxilijs huiusmodi sancta opera debita executioni mandari
possint Ipsorum tam vobis quam ceteris Archiepis et Episc Germanie prouin
cialibus in virtute sancte obedientie et in vim pactum in mandatis et cum consecrationibus
iuratis et sub pena excommunicationis districte precipiendo mandamus Quatenus et ipsa
cessante timore impedimento ad dictum concilium venire ac venirent Nuncios
ad hoc idoneos destinaret et destinarent procuratores Sed vehementer ad
admiramur attenta predicta vocatione mea ipsorum ex constitutione sacri Concilij
Constan ac deliberatione concilij caput sentes ultimo celebrandi hic sacrum
concilium in hac ciuitate deputatum fuit Ad quod primus concilij Constancien
dictum pro nunc nos decrevimus esse vocatos Considerantes ec maxime quod
ac necessitatibus in quibus tota religio christiana de proximo periclitatur est constituta
quod vos qui estis vna de columpnis ecclie ad tantum bonum pacificum hic at
temnis venire disdixistis et differtis presertim cum in vestris consecrationibus iura
ueritis quod vocati ad Synodum venietis ipsum quod reatus et pena periurij
perdurij merito formidare debetis Et quoniam ea que in hac sacro concilio
tractanda sunt exactam diligenciam ac celeritatem exigunt Omnisque mora
sit suspicionis prudentibus Deo congruum visum est non solum predicta inuocare
sed adgregare mandatum Quapropter vos omnes et singulos tam archiepo
litanos quam Suffraganeos supradictos tenore presentium instantes monemus
requirimus et interpellamus vobisque in virtute sancte obedientie et in vim
iuramenti in vestris consecrationibus prestiti ac sub pena excommunicationis